

2100 fragmentum tabulae marmoreae PIGH. Lanuvii SMET., Lanuvii in ecclesia PIGH.; vulgo civitas Lavini vocatur VRS.

i m p . c a e s a r i  
 d i u i h a d r I A N I . F  
 d i u i t r A I A N I  
 p a r t h I C I . N E P  
 d i u i N E R V A E . P R O N E P  
 t . a e l i O . H A D R I A N O 5  
 a n t O N I N O . A V G . P I O  
 p o n t . M A X I M O . T R I B V N  
 p o t e s t A T . I I . C O S . I I . P . P a . 139  
 s e n a t V S . P O P V L V S Q V E  
 l a n i V I N V S . V E T E R E S 10

Smetius ed. f. 55, 4 de visu, ut dicitur; schedula apud Panvinium cod. Vat. 6035 f. 18'; alia schedula ib. f. 133; Panvinus ipse fast. ad a. 892; Manutius orth. 378, 35; Ursinus fam. Rom. p. 185 qui vidit et descripsit (ex Ursino et Smetio Grut. 253, 6); Anonymus bibliothecae Vallicell. Q. VI, 221 f. 4' (inde Armellini *cronichetta mensuale* 1875 p. 45). Hi omnes ea tantum exhibent quae supra dedi litteris maiusculis. Eadem proponit Pighius Berol. f. 108 adiectis supplementis; quae supplementa quamquam linea a reliquis seiunguntur, tamen, cum et ipsa scripta sint litteris maioribus nec supplementa ea esse Pighius adiecerit, speciem antiquorum praebent; ita ut Begerus spicileg. antiquitatis p. 402 n. 24 omnia a Pighio proposita ut inscriptionem integram aeri inciderit (inde et ex Ligorio per Gudium suppletur in edit. Grut. altera). Male supplevit et supplementa nullo modo ab antiquis separans ut inscriptionem integram exhibet Ligorius Neap. lib. 35 p. 190, aliter Taur. vol. 10 (inde Gudius ms. 1505, 5), rursus aliter vol. 21.

Exhibui exemplum Anonymi Vallicelliani; vv. lectiones adscripsi Smetii Ursini Pighii. — 1 ANI Smet. — 2 IANI Urs. — 4 om. Pigh. — 6 NINO Urs. — 7 MAXIMO Smet. — 8 CONS (pro COS·II) Pigh. — 9 in. ES (pro VS) Smet.

Supplementa a Pighio adiecta non differunt a nostris. Ligorius et alia corripit et v. 10 pro LANIVINVS, quod recte posuit Taur. vol. 10, in libro Neapolitano proponit LAVINVS. Quod videtur fecisse, ut firmaret opinionem, quam tunc habuit (cf. supra p. 188 adn. 1), ibi ubi est Civita Lavinia, fuisse Lavinium. Quam fraudem pluribus exagitat Ursinus l. c.

2101 rep. in un canneto spettante al sig. C. Tommaso Truzzi sotto la proprietà del sig. Duca Cesarini nel territorio di Civita Lavinia, vicino alla nuova strada consolare, cinquanta o sessanta passi in distanza dalla strada che dalla detta consolare conduce a C. Lavinia. — Andò in mano del sig. Duca Cesarini. La comunità di C. Lavinia fece la supplica per averla, ma non ebbe risposta.

IMP · CAES · L · SEPTIMIO · SEVERO · PIO · PERTINACI · AVG · ET · IMP · CAES · M · AVRELIO · ANTONINO · PIO · FELICI · AVG ·  
 SENAT · POPVLVSQ · LANIVINVS ·  
 IN · LOCVM · BALNEARVM · QVAE · PER · VETVSTATEM · IN · VSV · ESSE · DESIERANT · THERMAS · EX · QVANTITATIBVS · QVAE ·  
 EX · INDVLGENTIA · DOMINORVM ·  
 5 NN · PRINCIPVM · HONORARIARVM · SVMMARVM · SACERDOTIORVM · ADQVISITAE · SVNT · ITEM · EX · VSVRIS ·  
 C · KALENDARI · AMPLIATIS · LOCIS · ET · CELLIS · A · FVNDAMENTIS · EXSTRVXIT · ET · DEDICAVIT ·

Fea sched. f. 329 et 330 manu ignota (inde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1862 p. 158).

Pro AE plerumque traditur Æ. — 1 traditur SEPTIMO.

3—5 Henzenum si audis, imperatores Lanuvinis permiserant ut summas, quas sacerdotes ab ipsis quotannis vel in perpetuum creati honoris causa rei publicae intulerant, in extructione operis publici erogarent. Sed ad hanc rem neque opus erat permissu imperatorum (nam quod Henzenus distinguit inter magistratum et sacerdotum summas honorarias, de illis liberum arbitrium fuisse rei publicae, has sacris tantum esse destinatas dictitans, id novum est et inauditum et vix credi potest), neque apte dici poterat *quantitates* illas ex indulgentia imperatorum reipublicae esse *adquisitas*; erant enim rei publicae etiam ante permissum imperatorum. Rectius *summae honorariae* (v. 5) eae intelleguntur, quas ipsi imperatores, cum honoris causa sacerdotiis apud Lanuvinos fungerentur, solitis sine dubio multo ampliores rei publicae Lanuvinorum intulerant. [Sed *ex indulgentia* cum sit *ex permissu*, ea formula de mera donatione usurpari non potest. Immo cum antea Lanuvii sacerdotes pro introitu aut non solvissent pecuniam aut summam minorem, permissu imperatorum res publica eam numerationem aut instituit aut auxit. TH. M.] — 5. 6 *ex usuris centenaris*.

2102 fragmenta marmorea opistographa crassa m. 0,025, Civita Lavinia effossa ab Eduardo Anconi anno 1865.



Descripsit Henzen ex ectypo chartaceo subministrato a Benndorfio.

Videtur spectare ad M. Aurelium Caesarem. — In parte aversa litteras fragmenti primi differre a reliquis notat Henzen.

2103 fragmentum tabulae marmoreae infra et supra integrae. Civita Lavinia rep. in casa di Pietro, sta in casa Trombetta TOMAS. Nunc in curia.

PONT · MA · r  
 senatus populus Q LANIVINus  
 IO · ATTICO ·

Recognovi descriptam accuratissime a Tomas-settio. Strutt apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1881 p. 294.

3 significantur fortasse Ti. Claudius Atticus C. Bellicus Torquatus consules a. 124.